



zu 005

O. i. 840 (1-101).

POSITIONES
DE REI VINDI-
CATIONE ET PVBLICIA-
NA IN REM ACTIONE.

QVAE DEO TER OPT. MAX. AVSPICE,
PRAESIDIBVS CLARISS. CONSULTISS. VIRIS
D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-
landt SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in celeberrimo
Agrippinensis Academiae Iuris
Collegio, antiquo de more dis-
putabuntur publicè res-
pondente.


GOTSCALCO A VVALDORFF
AGRIPPINATE.

III. Kalend. Iunij. M. D. LXXXXI.



COLONIAE AGRIPPINAE Y
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

22



POSITIONES
DE REI VINDI-
CATIONE ET PUBLICIA
NA IN REM ACTIONE.

CVAE DEO TER OPT. MAX. AVSPICE
D. Joanne Michaele Gronenburgero, & D. Joanne Hol-
landt SS. I. L. Licent. Dكتور & Fisco, in celeberrimo
Agrippinensi Academiæ Juris
Collegio, annuo de more dis-
putante, p. Disputat.
pendente.

GOTSCALCO A VVALDORFF
AGRIPPINATE.

III. Kalend. Junij. M. D. LXXXXI.



EXCVDERAT PETRVS KESCHIDT.
COLONIAE AGRIPPINAE
Y



CONTINVATIO.

P *Ost actiones, quas de Vniuersitate proposuit Prætor, subijci-
tur actio singularum rerum petitionis, quæ vocatur rei vindi-
catio.*

verba text. in l. j. ff. h. t.

POSITIO I.

R *E I Vindicatio vel utilis est, vel directæ. Utilis datur ei, qui vtile dominium habet,
qualis est vasallus, Emphyteuta, superficiarius. Directa vel est Prætoria, quæ Pub-
liciana vocatur, vel ciuilib, quæ propriè vindicatio dicitur, Est q̄ actio realis, quæ
datur domino contra possessorem ad vindicandam rem suam corporalem.*

II.

*Hæc ei competit, qui aut Iure gentium, aut Iure ciuili dominium acquisiuit: (a) aduer-
sus eos qui possident, & restituendi habent facultatem, nudumq̄ detentorem: (b) vel
qui dolo desierunt possidere, ante vel post litem contestatam. (c)*

(a) l. in rem 24. ff. de rei vind. (b) l. officium 9. ff. eod. l. j. in pr. C. vbi in rem actio. l. vnic.
C. de alienat. Iudic. mut. causa fact. l. si fundus §. in vindicatione ff. de pignorib. & c. l. serui
16. ff. de vsucapionib. (c) l. fin autem §. sed & is qui l. qui petitorio 37. ff. h. t. quia pro pos-
sessore habetur. l. quod si dolo 23. ff. eod. l. qui dolo & l. parem esse. ff. c. pro possessore ff.
de reg. iur. in 6. l. sed & si lege 28. §. si ante ff. de pet. hæred.

III.

*Nisi ipse possessor conuentus rem petitam, aut litem estimationem præstiterit, quod huic
proderit: contra vero, si prius, qui dolo possidere desijt, conuentus estimationem præstite-
rit, verum rei possessorem non liberabit.*

l. Stichum aut Pamphilum 95. ff. de solutionib. & c. l. etiam si 15. §. item si quis dolo ff. de
pet. hæred. vbi Costal.

IIII.

*Alterius nomine possidens, si dominum rei ante litem contestatam nominauerit, libe-
rabitur; (a) non nominando vero Iudicium accipiens, domino nullū faciet præiudiciū. (b)
At si ambiguum sit vter possideat prius de possessione Iudicabitur. (c)*

(a) l. 2. C. vbi in rem actio. auth. qua in prouincia §. eo autē absente C. vbi de criminib.
(b) Costal. in l. officium ff. h. t. Innocentius in c. fin. ext. vt lite non contest. (c) l. ordina-
rij iuris 13. C. h. t. l. incerti 3. C. de Interd. §. retinendæ Inst. de Interdict.

V.

*Qui petitorio Iudicio vtitur, ne frustra experiatur, reū interrogare potest an possideat,
vel dolo possidere desierit: (a) Quo casu si reus possidēs neget se possidere, Iudex trāsferet
posse sio-*

possessionē ab ipso ad actore, licet de dominio non probauerit actor: (b) si vero non possidens dicat se possidere, procedet in ipsum condemnatio, quae possessori non proderit, quominus & ipse postea conueniatur. (c)

(a) l. qui petitorio 37. ff. h. t. l. qui seruum 21. §. in iure ff. de Interrog. act. (b) l. fin. ff. h. t. (c) l. si is qui obtulit 7. ff. h. t. tit. facit l. fin. ff. si vsufr. pet. nisi manifestissimis probationib. ostendat actorem ab initio litis sciuisse cum non possidere l. qui se liti 48. ff. de pet. h. a. red. l. is qui se obtulit 26. cum seq. ff. h. t.

VI.

Quod si verò respondeat se possidere reuera possidens, (a) animaduertat actor, an aliquo interdicto possit nancisci possessionem, & deinde, si eo desituatur hac actione, sibi acquirat. (b)

(a) non autem tenetur dicere, quo titulo possideat. l. In speciali 73. l. officium 9. ff. h. t. l. cogi C. de pet. h. a. red. (b) quia commodius est ipsum possidere, & aduersarium ad onera petitoris compellere, quam alio possidente petere, l. is qui destinauit 25. ff. h. t.

VII.

Heredes conueniuntur rei vindicatione non defuncti, sed suo nomine, (a) nisi lis cū defuncto fuerit contestata, nam tunc & de eo tenentur, quod defunctus commisit. (b)

(a) l. de co 12. §. si. ff. ad exhib. l. si possessor 55. ff. h. t. (b) l. si in rem 43. l. si in 31. ff. eod.

VIII.

Intentatur hac actio vel in foro rei, qui conuenitur, vel in foro rei de qua agitur, siue mobilis sit, siue immobilis, (a) sed an Clericus etiam conueniri possit, coram Iudice rei petita laico? potest. (b)

(a) l. fin. C. vbi in rem actio. l. quod legatur 38. ff. de Iudicijs. (b) c. sanè & c. fin. ext. de foro compet. vbi glo. Gaill lib. 1. obs. 37. Mynf. lib. 1. obs. 22. lib. 4. obs. 95. Boërius decis. 69. nu. 2. 20. 22. Faber in §. si vero reus Inst. de satisf. tut. Costal. in l. venditor. ff. de iudic.

IX.

Petuntur res corporales, (a) mobiles vel immobiles, (b) nec tantū singula, sed & grex, armentum, vel equitium, (c) res tota vel pars. (d) Id vero quod alius mea pecunia suo nomine emit, ego non vindico. (e)

(a) §. 1. verf. si rem corporalem possideat Inst. de act. vnde nec peculium l. vindicatio 56. ff. h. t. (b) l. 1. §. 1. ff. eod. (c) d. l. 1. §. per hanc autem, cum l. seq. l. In rem 24. §. at in his d. l. vindicatio ff. h. t. (d) l. Pomponius 8. l. quæ de tota 75. ff. eod. (e) l. si ea 6. C. h. t.

X.

Id quod petit actor ita debet designare, vt de ea constet: (a) (cum enim non apparet de quo actum sit nulla fiet condemnatio,) (b) quo facto de iure suo docebit, sibiq; rem restitui petet. (c)

(a) l. si in rem 6. ff. h. t. l. 1. §. si quis argentum ff. de pos. c. significantib. 2. ext. de libelli oblat. licet error sit in vocabulo l. §. cum qui rem ff. h. t. (b) d. l. §. fin. (c) l. fin. C. l. officium 9. l. qui restituere 68. ff. eod. §. sic itaque in fin. Inst. de act.

Qui

XI.

Qui vero restituere Iussus, Iudici non pareat, rem adhuc possidens, manu militari officio iudicis ea spoliabitur. Si vero non potest restituere, si quidem dolo fecit, patietur Iuramentum in litem absq; taxatione, (a) si dolo non fecit, estimationem præstabit. (b) Porro si dicat se in presenti restituere non posse, dabitur ei dilatio præstata cautione cum fideiussore, si intra id tempus non restituerit. (c)

(a) d. l. qui restituere 68. ff. l. à possidentib. 21. C. h. t. l. si fundus 16. §. in vindicatione vers. si vero dolo ff. de pignorib. & c. nisi actor recuset iurare, l. quod si 71. ff. h. t. vbi vero soluerit vid. l. eius rei 46. cum l. seq. & l. is qui dolo cum seq. ff. h. t. (b) d. l. qui restituere. vid. l. si culpa 63. ff. cod. (c) §. & si in rem Inst. de offic. Iud. d. l. si fundus §. in vindicatione vers. sed si velit ff. de pig.

XII.

At si restituit, rationem Iudex habebit, nura deterior res sit facta, & quanto. (a) Sed quid si interierit? fatum mala non bona fidei possessor, sed fructus perceptos præstabit, (b) dolum, culpam, (c) & moram vterque, (d) cum fructibus vsque ad tempus rei Iudicata. (e)

(a) l. non solum 13. cum seqq. ff. h. t. d. l. si fundus §. interd. ff. de pignorib. nisi Infans, vel furiosus possessor perdidit vel corrupit l. quod Infans 60. ff. cod. (b) l. illud quoque 43. in pr. & §. in prædonis ff. de petit. hæred. (c) l. qui petitorio 37. §. si. l. si culpa ff. h. t. (d) l. item si verberatum 15. §. fin. cum l. seq. l. Iulianus 17. cum seqq. ff. cod. (e) d. l. Iulianus l. fructus 34. ff. h. t.

XIII.

Restituet rem simul cum fructibus & cum omni causa. (a) Ita tamen vt mala fidei possessor de omnibus teneatur, etiam civilibus, (b) perceptis, (c) & quos percipere potuit, tam ipse, (d) quam petitor, (e) de consumptis & extantibus. (f)

(a) §. etsi in rem Inst. de offic. Iud. l. domum 5. C. h. t. l. ex diuerso 36. §. vbi autem ff. h. t. l. restituere ff. de verbor. signif. l. in condemnatione ff. de reg. iur. (b) l. certū 22. C. l. si nauis 62. l. cum in rem 64. ff. h. t. (c) licet dominus capturus non fuisset. l. r. C. h. t. l. si possessor 55. l. cum hæreditas 59. ff. de per hæredit. (d) l. domum 5. C. h. t. (e) d. l. si nauis §. fin. ff. cod. (f) quorū consumpti condicuntur, extantes vindicantur l. malæ 3. C. de condict. ex lege. & c.

XIV.

Bona fidei possessor Industriales, & naturales consumptos suos facit, (a) nisi ex his locupletior factus sit, (b) extantes autem omnes restituet: (c) Idq; ante litem contestatam, nam post acceptum Iudicium vniuersos præstabit. (d)

(a) Industriales pro cultura & cura §. si quis à non domino Inst. de rer. diuis. l. si eius 77. ff. h. t. l. si usufructuarius 13. in fin. ff. quib. mod. vsusfr. amitt. consumptorum enim & non perceptorū ratio non habetur §. etsi in rem Inst. de offic. Iud. l. 4. §. post litē ff. finium regundor. (b) l. si fructus 8. C. de donat. inter vir. & vxor. argum. l. si me & Titium 32. ff. de reb. cred. si cert. & c. (c) l. certum 22. C. h. t. (d) & consumptos & quos culpa sua non percepit d. §. & si in rem Inst. de offic. Iud. l. præterea 20. ff. h. t. l. 2. C. de fructibus.

XV.

Hoc quoque discrimine obseruato, quod hi ex officio Iudicis veniant, ante Iudicium vero

vero percepti nominatim sint petendi. (a)

(a) l. ædiles 25. §. item sciendum ff. de ædilitio edicto & c. l. partum 10. ff. de usuris.

XVI.

Impensas necessarias & utiles bonafidei possessor repetere potest ante rei traditionem exceptione doli, (a) malafidei possessor necessarias officio Iudicis; (b) Utiles tollit, (c) nisi nouum opus inchoasset. (d) Voluptuarias mal. & bon. fid. posses. perdunt, nisi hic auferre possit, quo casu tamen dominus offerendo earum precium, retinere potest. (e)

(a) l. fin autem 28. §. in re l. sumptus 48. ff. h. t. §. ex diuerso Inst. de rer. diuis. (b) l. domū 5. C. h. t. item causa fructuum factas l. si à domino 39. §. fructus ff. de pet. hæred. (c) d. l. domum 5. C. h. t. (d) §. ex diuerso Inst. de rer. diuis. l. si is cōtra quem C. de ædif. priuat. l. adeo 7. ff. de acq. rer. domi. (e) l. pro voluntarijs 9. ff. de Imp. in reb. dotal.

XVII.

Ceterum Impensas possessor restitui non desiderabit nisi fructuum ante litem contestatam perceptorum summam excedant. (a)

(a) d. l. fin autem 28. §. in re d. l. sumptus 48. l. emptor 65. ff. de rei vind.

XVIII.

Ad extremum tollitur vindicatio præscriptione, (a) vt si vel rem præscripserit reus, & ita simul actionem quod fiet decennio aut vicennio, (b) vel si actioni 30. annorum possessione præscripserit. (c)

(a) l. aduersus 4. C. h. t. 16. q. 3. c. placuit vt quicumque §. præscriptionum. (b) l. hæreditatis 7. C. de pet. hæred. l. 4. C. In quib. causis cesset long. temp. præscrip. tot. tit. C. de longi temp. præscrip. V. ff. h. t. nu. 10. (c) l. sicut 3. C. de præscrip. 30. annor.

DE PUBLICIANA.

XIX.

Sequitur de Publiciana quæ est actio in rem Prætoria, (a) qua petitur id, quod ex iusta causa, (b) à non domino traditum est, (c) & nondum vsucaptum sic dicta à Publicio prætoris. (d)

(a) facit rub. ff. de Publiciana. (b) §. namque si cui Inst. de act. (c) l. cum qui 8. §. fin. ff. h. t. quem dominum esse putabat §. si quis à non domino Inst. de rer. diuis. l. traditionem 9. ff. de publ. (d) §. sed istæ cum seq. Inst. de act. l. i. & pass. ff. h. t.

XX.

Competit ergo his qui rei bona fide, (a) sic acceptæ, nondumq; vsucaptæ possessionem casu amiserunt, (b) nondum vsucaptæ (dico,) cum aliàs haberet ciuilem actionem, (c) si vero vsucapi non potest, nec publiciana dabitur. (d)

(a) l. quæcunque 13. l. cum qui §. prætor ff. h. t. (b) d. §. namque si cui Inst. de act. d. l. i. ff. cod. (c) d. l. i. vers. merito. (d) d. l. cum qui in pr. l. siue autem II. §. hæc actio l. si ego 13. §. idē Iulianus l. cum ipsonus 14. §. si res ff. h. t.

Imò

XXI.

Imò quamuis Ecclesia acquirat dominium etiam absq³ traditione; (a) Publiciana tamen ipsi non competit, nisi actualiter tradita sit possessio. (b)

(a) l. fin. C. de SS. Eccle. (b) Speculator in tit. de locato §. nunc aliqua vers 58. Ioan. Andre. Anton. Card. Florent. Imo. & Panorm. in c. 2. ext. de consuet. quos cum alijs citat. Viuius in com. opin. verb. actio. Publiciana nu. 2. l. 1. & l. traditionem ff. h. t.

XXII.

Bonam fidem accipientis sufficit interuenire tempore traditionis, excepta emptione in qua etiam tempus contractus inspicitur, (a) neque postea interuenientem malam fidem attendit Ius ciuile: (b) quod tamen in hoc Iure Canonum emendatur. (c)

(a) l. si existimans 3. ff. pro soluto l. 2. in pr. ff. pro emptore. (b) l. vnic. C. de vsucap. trās. f. (c) c. fin. ext. de præscript. c. possessor ext. de reg. iuris in 6.

XXIII.

Hinc sumpta occasione quero, an hodiè adhuc locus sit huic Publicianæ in rem actioni? locus erit. (a)

(a) non obstante auth. malæ fidei C. de præscrip. longi temp. nec præiudicium faciente Iure Canonum statim allegato gl. in c. Abbate verb. dominij ext. de sententia & re Iud. in 6. DD. in §. namque si cui Inst. de act. Costal. in l. cum qui §. prætor ff. h. t.

XXIV.

Datur Publiciana aduersus possidentem non titulo; (a) nec quidè aduersus possidentē pro herede, (b) neq³ contra dominum, (c) nisi causam ab eo habeat. (d) Item aduersus quasi possessorem. (e)

(a) nam in pari causa melior est conditio possidentis l. siue autem 11. §. si duob ff. h. tit. (b) Alexand. in l. Neratius ff. de Pet. hæred. Zasius nu. §. sed istæ in 26. Inst. de act. Oldend. cl. 3. act. 3. c. 4. (c) l. mandatum 57. ff. mand. l. pen. & vlt. ff. h. t. (d) l. si à Titio 72. ff. de rei vind. l. si à Titio ff. de Except. rei vend. glo. in d. l. vlt. plures casus ponit. (e) l. si ego 13. §. 1. ff. de pub.

XXV.

Coronidis loco primò quero an Publiciana rei vindicationi adijci possit in petitione? adijci posse sustinemus. (a)

(a) Innocentius in c. constitutus ext. de rest. in integr. Mynf. in §. namque si cui Inst. de act. DD. in l. 4. & l. cum res 12. C. de probat. c. Abbate sanè 3. in pr. & §. secus autè cum egit & ibi gl. de sententia & c. in 6.

XXVI.

Secundò an verus dominus omiſſa rei vindicatione, Publicianam intentare possit? affirmatiuam probamus. (a)

(a) Iason & Mynf. in §. namq; si cui Inst. de act. nu. 37.

XXVII.

Tertiò quero. an 10. vel 20. annorum præscriptione munito directa vel utilis detur vindicatio? Directam dabo. (a)

(a) cum Mynf. in rubr. Inst. de vsucap. nu. 7. & 8. qui adducit Fabr. & Port. ibid. Alciat. in l. traditionib. C. de pact. Corraf. lib. 6. Miscell. cap. 20. facit l. 1. vers. nam si vsucaptū. & c. hoc tit.

XVI

... non potest esse ...
(a) ...
(b) ...
(c) ...

XVII

... non potest esse ...
(a) ...
(b) ...
(c) ...

XVIII

... non potest esse ...
(a) ...
(b) ...
(c) ...

XIX

... non potest esse ...
(a) ...
(b) ...
(c) ...

XX

... non potest esse ...
(a) ...
(b) ...
(c) ...

XXI

... non potest esse ...
(a) ...
(b) ...
(c) ...

XXII

... non potest esse ...
(a) ...
(b) ...
(c) ...

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus et constitutionibus Imperatorum





B.I.G.


Farbkarte #13

POSITIONES
 EI VINDI
 ET PUBLICIA
 REM ACTIONE.

ER OPT. MAX. AVSPICE,
 ARISS. CONSULTISS. VIRIS
 Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-
 nt. Dictatore & Fisco, in celebra-
 opinensis Academiae Iuris
 o, antiquo de more dif-
 buntur publicè res-
 pondente.

CO A VVALDORFF
 RIPPINATE.

Junij. M. D. LXXXXI.



ANIAE AGRIPPINAE Y
 T PETRVS KESCHIDT.

22 26

